




Peru.

<https://hdl.handle.net/1874/430095>



2565

P E R V V I A

longitudinem circiter trecentas leucas: latitudo incerta est, quippe quæ à mari Australi ad fluminis *de la Plata* provincias pertingat. Quamplures provincias complectitur, quarum non paucæ ditissimas argenti venas habent, è quibus infinitus pene thesaurus superioribus annis exhaustus, hodieque exhauritur. In hoc conventu five Audentia hæc oppida incoluntur ab Hispanis. Primo *Nuestra Sennora de la Paz*, in provincia Chuquiabo, quæ Collao pars est, 80 aut 90 leucis à Lima versus Eurum. præstantissima hic sunt auri metalla, quippe qui totus hujus metalli foetus esse creditur. Tertio Imperialis urbs *Potosia*, decimo octavo miliari à *Villa de Plata*, quam alii Argenteam vocant, alii Græco nomine Argyropolin. Est autem oppidulum istud haud ita magnum. Argenti fodinae uberes admodum: nam quintale unum marcas reddit argenti purissimi octoginta, quod aliis locis inauditum est. Inventio hujus Fodinæ Indis debetur, qui forte per loca ista iter facientes metallum deprehenderunt. Quod ubi Argyropoli innotuit, confestim montem Potosi placuit inter cives distribui, qui Indorum opera tantam argenti vim extraxerunt, ut ea Europæ universæ sufficiat.

Ad oram maris habet nobilissimum Aricæ portum , ad quem hodie omnis argenti gaza defertur , distat autem ab argenti fodinis Potosianis leucis 70 , locus , postquam Angli & Belgæ in hunc Oceanum penetrare coepit , ab Hispanis multis operibus communitus .

*Quis primus
detexerit.*

*Regionis, popu-
lorumque de-
scriptio.*

ab Hispanis multis operibus communitas.
Detecta hæc primum fuit regio à Francisco Pizarro anno 1525, cuius praefecturam paulo post à Carolo v obtinuit, atque eam perlustravit & occupavit. Occisus tandem ab Almagri filio, cuius patrem ipse, & Almagri filium decollavit Vasco. Vascum cepit Blasco, Blasconem cepit Pizarri frater. Item ali in alios sævierunt, sanguinis pariter & auri appetentes. Pars planior Peruviaæ fabulosa est, ac majori ex parte sterilis, præsertim cum nec ullos habeat fontes aut lacus, nec ullis inbribus aut pluviis unquam rigetur. Montana regio Peruviaæ longo extenditur tractu. Sunt autem hi montes admodum frigori obnoxii, in eisque frequenter nives cadunt. Reperiuntur hic leones, lupi, ursi nigri, capreoli, & quoddam pecudum genus camelis simile, & quarum lana vestes gausapinas & alia necessaria conficiunt. Continentur inter hos montes multæ amplæ valles ac profundæ, fertilißimæ ac populo numerosissimæ, cum aëre fruantur calidore. Et incolæ quidem harum vallium ceteris hujus tractus ingeniosiores, animosiores, ac civiliores sunt. *Andes* sunt etiam montes, sed continua serie producti absque vallibus. Hi à Septentrione in Meridiem porriguntur. & inter hos & alteros montes Callao provincia clauditur. De moribus autem Peruvianorum in universum ita Lævinus Apollonius scribit: Tribus potissimum gentibus universi distinguuntur, quarum singulæ plurimos sub se populos nominum rursus varietate differentes continent. Hæ gentes dissimilitudine gaudent & diversis linguis sunt discretæ: frequenter etiam limites excedentes inter se bella gerere, & ferro injurias vindicare discordes solebant, priusquam in unius *Gynacavæ* ditionem ad Æquatorem usque provincia cessit.; verum ubi victoria ejus cunctis sub unam potestatem redactis diffidiorum facultas ablata est, ita apud proceres & vulgus Cusconia lingua, qua duntaxat jus dicebatur, voluptati ac studio esse coepit, ut hujus gnari totius provinciæ peragrandæ non difficilis facultas relinquatur. Feminis lanea vestis est ad talos usque propendens, mares indusiolum ad furas usque, & huic superjectum palliolum gestant. Quanquam vero idem fere tota regio obtineat vestimenti genus, capitum tamen habitus mirifice variant, cum singuli prouisitato patriæ more fasciolas tornatiles, multi simplices, plurimi versicolores gerant: nec fere sint quiquam, qui eo in capitum ornatu secundum patrium usum ab aliis non vehementer discrepent. Admirabili vero omnes natura indolis simplicitate imbuit, adhuc vetustæ ruditatis hæres, qua ridiculas nobiscum negotiationes exercent, vix inexhaustas suas auri & argenti gazas norunt, atque informibus eorum massis tantum utuntur, quanquam aureorum atque argenteorum emblematum non minore quam nos delectatione capiantur, quibus templorum & regiarum postes bræteato, sculptore opere fabrefactis plurimum exornant. In ea tamen vulgari simplicitate proxime Æquatori subjecti morum incommoditate ac vitiis reliquos superant. Hi multa hypocrisi taciturni, & compressis in labra verbis submurmurantes, non multum à Iudæorum modo abhorrent, foedeque in libidinem proclives, exiguo in precio mulieres habent, quas non vilissime modo sibi ancillari cogunt, sed etiam levissima offensione plagis acerrimis excipiunt. Indusiolo levi umbilico tenuis vestiuntur; ceteras corporis partes nudas relinquunt. Crura & brachia gemmatis sphærularum circulis ornant, & pertusis utrinque malis atque orum labris turcosios atque smaragdos mirifice splendentes hiatibus infexos gerunt. In ipsis vero templis simulachra duo atrorum hircorum similitudine sculpta adorantur, idque perpetuo cultu. In vulgaribus ubique templis magnorum serpentum figuræ adorantur. Omnis scientiæ prorsus expertes sunt, literarum omnium ac picturarum exortes, quæ apud Mexicanos literarum loco habentur. Laneis enim utuntur funibus (*quippos* appellant) quibus implicitis diversarum figurarum nodis numerum suppetant ab monade ad denarium, atque inde altius numerando gradatim adscendentes: nodis colores imprimunt rebus illis similes, quas indicare volunt. Singulos quælibet provinciæ notarios habet, qui per hos colores rerum vel ante multos annos gestarum memoriam, seu literarum monumentis haustam plebi insinuant, & custodiae fideli mandant. Arma illis ensis, hastile præpilatum, clavus ferreus, securis argentea vel aurea, fundæ, & alia telorum genera.

P E R V V I A.



 Opayanam ad Meridiem excipit Peruvia nobilissima & longe maxima Americæ Australis *Terminus*.
provincia, quæ fines habet ad Septentriones quidem Popayanam, ad Occidentem mare
Pacificum, sive Australe, ad Austrum vero regnum Chili, ad Orientem denique vastas &
incognitas provincias. Patetque in longitudinem inter Arctum atque Austrum circiter *Longitudo.*
sexcentas leucas, in latitudinem à mari communiter quinquaginta ad altissima montium *Latitudo.*
juga, nonnusquam etiam plures. Tanta autem hic est coeli varietas, ut sub uno climate
calidissimæ, temperatæ & frigidæ regiones comprehendantur. Hæc uni quidem Proregi *Partes.*
paret, sed in tres conventus Iuridicos, quos vulgo *Audientias* vocant, dividitur. Quorum
prius vulgo *Quito*, alter *Lima*, sive *los Reyes*: tertius denique *los Charcas*, sive *la Plata* appellatur.
Opayanam ad Meridiem excipit Peruvia nobilissima & longe maxima Americæ Australis Terminus.

*Quitenis Audientia patet in longitudinem leucas 170 aut 180; in latitudine vero triginta, aut quadraginta. In Quintensis Aude-
ntia ab Hispanis hæc oppida incoluntur; S. Francisci civitas, quæ & Quito dicitur, triginta tantum scrupulis (ut dientia).*

ea ab Hilpanis hæc oppida incoluntur; S. Francisci civitas, quæ & *Lutetia* dicitur, triginta tantum ferupans (ut communis opinio est) ab æquatore versus Austrum sita, coelo gaudens temperato & salubri, solo fertili. Opulenta est & incolarum numero opibusque metropolitanæ urbi fere par. Ejus ager semper virens est, & omni frugum beatitudine florens, ubi Europæi fructus mirifice aluntur, atque etiam domestica animalia. Scatet insuper auri metallis, & Mercurio crocei coloris.

Deinde *Rhiobamba* xxii leucis à Quito versus Africum, pecuariorum modo sedes.

Tertio, ad maris Australis littus *Puerto Viejo*, uno circiter gradu ab Æquatore versus Austrum, 80 leucis ab urbe S. Francisci versus Occasum, difficile itinere & valde impedito: locus incolarum valetudine infamis, nec jam opulentus, uti quandam, cum smaragdis suis honos & premium manebant.

Quarto, urbs *Guayaquil* ad ripam fluminis ejusdem nominis, quæ portum suum habet pone insulam *Punam*, magni olim nominis, & nunc quoque magni usus, ob navium fabricandarum opportunitatem.

*Quinto, Cuenca, quæ & Bambæ dicitur
Sexto, Loxa, quæ & Zarfa vocatur, xv
Septimo, Cuenca, sed hoc in Quito.*

Septimo, *Zamorra* 80 leucis à Quito.
Octavo *Iaen* 55 leucis à Loxa.
Nono, oppidum *s. Michaëlis* in valle Piura situm, prima Hispanorum in hac provincia Colonia, 120 leucis à Quito versus Africum. Ad hoc oppidum pertinet *Paita* non ignobilis Peruviae portus, quinque gradibus & paucis scrupulis ab æquatore versus Austrum. xxv leucis à dicto oppido versus occasum portui assidet oppidulum modicum, duplē cladē superioribus annis ab Anglis passum.

Decimo, quatuor oppidula in provincia de los Quixos, ut vocant Bæza, Archidona, Avila & Sevilla del Oro. Hæc regio a Quintensi agro versus ortum jacet, & admodum fervet, atque continuis pene pluviis humectatur.

Vndecimo , tria oppidula in provincia Brocomororum , five Guarsongo : *Valladolide* trans vasta Andium juga
20 leucis ab oppido Loxa : *Loyala* five *Cumbinama* : *Sant Iago de las Montannas*, in regione auri ditissima , & quidem
ita absoluti , ut vicinarum regionum aurum longe supereret. Hæc provincia præcedenti contermina est versus
meridiem.

Limanus Conventus à sexto gradu altitud. Australis ad decimum sextum aut septimum ejusdem pertingit, pa- *Lia*
tetque in longitudinem secundum littorum ductum trecentas aut circiter leucas, in latitudinem pene centum. *dies*
In hoc sequentia oppida ab Hispanis incoluntur, *Lima* sive *los Reyes*, metropolis hujus provinciæ & Emporium
celeberrimum. Nam licet duas circiter leucas ab ora maris jaceat, tamen portum habet ad patentissimum qui-
dem sinum, sed insula objecta conclusum, qui inter præstantissimos numeratur, *Callao* vulgo vocant. Hic variæ
ædes constructæ ad merces accipiendas, & aliquot munimenta exstructa ad hostiles naves propulsandas, post-
quam hic ab Anglis & nostratis infestari cooperunt. Cæterum urbs pulcherrima & populosissima hujus conti-
nentis, quippe ad quam omnis argenti Gaza, & variæ merces ex aliis omnibus provinciis, quæ versus Austrum,
aut intra continentem jacent, comportentur, & inde majoribus navibus Panamam mittantur. Condita fuit hæc
urbs à Francisco Pizarro anno 1535, & in ea residet nunc universæ hujus provinciæ Audientia, Cancellaria, Pro-
rex, & Archiepiscopus, cui subsunt Episcopatus plurimi. Sunt præter hanc civitatem in hoc conventu hæc op-
pida: ad oram quidem maris *Miraflores* 95 leucis à Lima versus Arctum: *Trugillo* 80 leucis à Lima, portum suum
habet, sed incommode & adversus incerta ventorum non satis munitum: *Parilla* sive *Santa*, 55 leucis à Lima
versus Arctum, cum commodissimo portu, & aquationi & lignationi peropportuno. *Arnedo* 10 leucis à Lima
versus Arctum: *Cannete* vel *Guarco* 25 leucis à Lima versus Austrum, optimæ farinæ copia dives. *Valuerde* 35 leu-
cis à Lima versus Austrum: denique *Arequipa* 100 & 20 aut 30 leucis à Lima: quæ tamen urbs à mari distat leu-
cis 12, sed portum suum habet, olim quidem per celebrem, cum argenti gaza à Potosianis argenti fodinis hac
traduceretur. Nunc non magni momenti. Intermedio autem spacio inter Valuerden & Arequipam pulcherri-
mæ & fertilissimæ valles jacent, cum suis stationibus & portubus, ad quorum nonnullos jam municipia ab Hispa-
nis locata dicuntur, pluraque loca leviter adversus hostium incursum munita.

In mediterraneis autem, primo in provincia Chachapoyarum oppidum *S. Iohannis de la Frontera* 120 leucis à Lima versus Boream: Deinde in Moyobambæ provincia *S. Iago de los vallos*, ultra 100 leucas à Lima versus Aquilonem. lonem 25 leucis ab oppido *S. Ioannis predicto*. Tertio *Leon de Guanuco* 50 leucis à Lima versus Aquilonem. ager illius argenti venarum haud expers, cæterum fertilis & per amœnus. Quarto *Guamanga* sive *S. Iuan de la Vittoria* 60 leucis à Lima versus Eurum: in cuius agro multæ sunt auri, argenti, hydrargyri, æris, ferri, plumbi, nec non magnetum fodinæ. Denique *Cusco*, Ingarum Peruviaæ monarcharum olim sedes, de qua urbe Hispani testantur, illam solam quondam civitatis formam habuisse. Agro Cusconio disjunctus magno satis spatio jacet ad Orientem lacus *Titicaca*, quem rapidissimus amnis in occidentem decurrens, aquarum in magnum se spatium effundens, efficit, ac deinde veluti intolerabili onere solutus in alvei sui angustias redit; sed istuc receptus, iterumque velut ante illabentium amnium mole increscens in alterum rursus, sed minoris quantitatis lacum prorumpit, laxatisque tantæ molis incubitu vinculis liberius excurrens, obscuro exitu evanescit, in occultos naturæ specus subfidens & subterraneo alvei absorpti cuniculo in pelagus transmissus. Sunt præterea in hoc conventu celeberrimæ & opulentæ argenti vivi fodinæ, *Guancabelica vulgo*: è quibus Rex Hispaniarum summum emolumentum capit. Nam maxima hujus metalli vis ad fodinas Potosianas traducitur, quæ ibidem sumnum usum præstat. Itemque aliquot oppidula ad Cuscensem dioceſin pertinentia, *Vilcabamba* sive *S. Franciscus de la Vittoria*. *S. Iohannis* municipium quod vocant *del Oro*, in Carabuya provincia situm, cuius aurum absolutissimum & imprimis celebre.

Charcensis conventus, qui & *la Plata* dicitur, à Limani conventus finibus ad regnum Chili pertingit, patetque in *Charcensis* longitudinem *Audientia*.